

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Inuidia f
cum fonte primo

Paruulus est qui inuidia occiditur,
quia nisi ipse inferior existeret,
de bono alterius non doleret.
Sed inter hec sciendum est,
quia quamuis per omne uicium quod perpetratur,
humano cordi antiqui hostis uirus infunditur,
in hac tamen nequicia sua tota uiscera serpens commouit,
et imprimende malicie pestem uomit.

Gregorius libro V. moralium.

Paruulus itaque est qui inuidia occiditur
quia nisi ipse inferior existeret,
de bono alterius non doleret.
Sed inter haec sciendum est
quia quamuis per omne uitium quod perpetratur,
humano cordi antiqui hostis uirus infunditur
in hac tamen nequicia, tota sua uiscera serpens concutit,
et imprimendae malitiae pestem uomit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5.46 (CCSL 143,
M. Adriaen ed., pp.281-2, ll.18-24).